

norum (per Judices Comitatum exequendorum et in publicum Comitatus usum convertendorum) personaliter insurgere et apparatu Militari bene instructi lustrare teneantur. *)

Officia et beneficia Ecclesiastica et Saecularia Indigenis Regni conferantur.

Articulus 38.

Cum benigna suae Majestatis annuentia statutum quoque est; ut sua Majestas Officia et beneficia, tam Ecclesiastica, quam Secularia, personis Nationalibus et Indigenis Regni bene meritis, nullo autem modo Extraneis, gratis conferre dignetur. **)

Executores, qui turbatas legitimarum Sententiarum Executiones promovent; denominantur.

Articulus 44.

Contra potentiores, legitimarum sententiarum Executiones turbantes, Articulum 27. Anni 1638. renovandum, eidemque addendum decernunt Status; ut Vice-Comitibus insufficientibus, Supremi Comites, sub poena in eodem Articulo specificata, hujusmodi Literas Sententionales; ipsis vero Interessatis, vel insufficientibus (prout et Magistrorum Protonotariorum legitimas Deliberationes et Sententias taliter impeditas; juxta Articulum 3. Anni 1608. hoc loci in toto renovatum, et ad cuiusvis Officii, et dignitatis homines extensem) Dominus Comes Palatinus; ipso vero legitime impedito et annuente; etiam Dominus Comes Judex Curiae Regiae; in partibus vero Regni Superioribus, Generalis illarum partium; in Sclavonia autem Dominus Banus, ipso itidem interessato, vel nolente; ibi quoque idem Dominus Comes Palatinus, indilat exequendas procurent.

De Mandatis Illegitimis, Reexecutoriis et Inhibitoriis; non expediendis: Expeditis vero non observandis, Processibusque taliter celebrandis invigorosis.

Articulus 45.

§. 4. Legitimis porro, tam Domini Comitis Palatini, quam aliorum Regni Ordinariorum Judicum; et in Sclavonia Domini Bani Mandatis, tam in Comitibus, quam Liberis Civitatibus, juxta tenorem Art. 12. Anni 1635. ubique locus detur.

*) Allegatur; An. 1662. a. 10.

**) Renovatur; An. 1681. a. 27. Congruit; An. 1741. a. 15. Confer etiam; An. 1715. a. 22.